



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

70. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

58 R E G I N O N I S L I B . I.

Burchard. lib. eum communicet, ne sine communione moriatur.
§. c. 10.

De eadem re. *Ex Concilio Turonensi.*

Burchard. lib. L X X . Ut omnis Presbyter habeat pyxidem , aut vas tanto sacramento dignum , ubi corpus dominicum diligenter recondatur ad viaticum recendentibus à seculo. quæ sacra oblationis intincta debet esse in sanguine Christi, ut veraciter Presbyter possit dicere infirmo : *Corpus & sanguis Domini proficiat tibi &c.* Semperque sit super altare observatum propter mures & nefarios homines; & de tertio in tertium diem semper mutetur , id est , illa à Presbytero sumatur , & alia quæ eodem die consecrata est in locum subrogetur , ne forte diutius reservata mucida , quod absit , fiat.

Vide Hug. Menard. in Notis ad lib. Sacramentorum pag. 378.

De oblatis , ut de sabbato in sabbatum innoventur. *Ex eodem.*

Burchard. lib. L X X I . Illud etiam adnectendum videtur, ut oblationes quæ in altari offeruntur , de sabbato in sabbatum semper innoventur : quia panes propositionis , qui super mensam Domini ponebantur , à sabbato in sabbatum semper mutabantur.

Ut chrisma semper sub sera sit. *Ibidem.*

Burchard. lib. L X X I I . Præterea & illud omnimodis observandum est , ut sacrum chrisma & oleum consecratum semper sub sera sit ; ne illud unde Christo incorporamur , & unde omnes fideles sanctificantur , unde Reges & Sacerdotes unctionuntur , aliquis infidelis aut immundus